

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica XIII. Post Pentecosten.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

que testamentum sunt à Iesu Christo prouidit, nam tam verus quam nouum, instar numismatis Principis imaginem praefert. Nulla igitur parabolæ restat pars, quæ adaptata non sit.

Vnum hoc restat, Auditores, ut sexentam hinc vobis documenta eliciatis: restat, ut discatis vere & perfecte Deum diligere, idque ex corde & animo ignito & affectu ardenter pleno. Ut diligatis etiam creatori reddere quod suum est, animam scilicet, & cor totum, omnesque illius thesauros & facultates offerre. Restat denique ut Samaritanum hunc imitemini, pauperum misericordia, ut benignos vos & misericordes demonstretis; quod cū feceritis, vere Deum extoto corde & proximum sicut vos ipsos dilexeritis, atque ita vitam æternam promeritis.

Æquissimum autem est, O mundi Servator, ut te extoto corde diligamus, cum nos ipse ex toto prius dilexeris. Nam ut amorem nobis restatum faceres, homo fieri voluisti, tot cruciatuſ perculisti, pretiosum sanguinem effudisti, vitam denique amittere non dubitasti. Nos vero vt tanto amori respondeamus, an non reciprocote amore redamabimus? eritne in mundo aliquid, quod tui ergo subire subterfugiamus, quod non tui causa sustineamus? erit ne in venis sanguinis gutta, quam non pro te effundamus? erit ne vita adeo cara, ut non libenter propter nominis tui gloriam impendamus? Et sane nūtria nostra, quoad hoc, est obligatio: fuisti namque bonus ille Samaritanus, qui nostri misertus es, cum peccati originalis mūrone fauciati semineces iaceremus; & quod nec Sacerdos, nec Leuita, id est, lex verus, ad nostri medelam facere potuerunt, tu egregii Samaritani instar præstisti, oleum & vīnum vulneribus nostris applicasti, ut ostenderes, ad peccatorem in viam reducendum & sanandum. vīnum seueritatis & oleum lenitatis interdum esse adhibenda, quemadmodū virga vna cum manna arcæ inclusa erant. Propter hanc igitur aliasque plurimas rationes consentaneum est Domine, te ut ex toto corde diligamus, & proximum nostrum sicut nos ipsos, itaq; facientes, vitam æternam.

commercerebimur: quam largiri nobis dignatur, Pater & Filius & Spiritus S. Amen.

### DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De virtuanda prauorum societate.
- II. De lepra peccati.
- III. De castello, decem & leprosis.
- IV. De leprosorum clamore.
- V. De sacerdoti lepra iudice.
- VI. De regressu Samaritanis.

Cum ingredieretur Iesus in quoddam castellum, occurserunt ei decem vii leprosi. Luc. 17.

F I G V R A

MAGNA profecto admirationis p[ro]p[ter] 4 Regni inuiersum Syriæ Regnum fuit occasio, cum è Iudea venit nuntius, Regiam militię p[ro]fectum, & primum à Rege Naamanum, opibus quidem abundantem, at lepra cooperatum, prodigioso Elizæi prophetæ tactu à lepra fuisse mundatum. At maior hodie p[ro]p[ter] inuiersum Galilæam admirationis offerunt occasio, quando nuntiatur ingressu castelli cuiusdam potenti Iesu Christi manu, decem leprosos mundatos. Naaman iam mundatus infinitas Elizæo gratias egit; hic vero è decem sanatis solus Samaritanus, datum agnoscens gratiam, Salvatori & mūdatori suo Iesu gratias agit. Evangelio hæc hodierno continentur, quæ ordine vobis deducam, modo spiritus altissimus animum & vires subministret, & Deipara mater precibus suis filii gratiam impetrat. Cœlesti igitur vñanimes eam salutatione compellemus.

A V E M A R I A.

Pythagoras Samius, Italica Philosophia caput, cum probe sciret, quantum detri- Pythagor- menti adferre soleat: improborum consor- tium & familiaritas, hoc inter cetera sym- bolia sua nos ab illa deterruit, Quæ nigræ habent:

DOMIN. XIII. POST PENTECOST.

*habent caudas, gustare non oportet. quod ani-  
gma exponens Plutarchus ait Philosophum  
hic docere voluisse, illorum familiaritates &  
commercia euitanda, quorum mores furui-  
sunt & vitiorum fuligine infecti.*

*Hoc etiam facit preclarilla illa magni Isido-  
ri Hispalensis sententia: Melius est, inquit, ha-  
bere malorum odium, quam consortium. Sicut  
bona multa habet communis vita sanctorum, sic  
plurima mala societas adfert malorum.*

Fuit hoc etiam magni Platonis consilium,  
qui iam inde ab incunabulis diligentem  
puerorum haberi rationem desiderat, & ab  
iis prauorum consortia remoueri, atque id-  
eo vetat eos ab improbis & contaminatis  
hominibus visitari, tractatique, imo ne  
verbū quidem obscēnum eos audire, &  
in primis nutricibus p̄cipit, ne lascivias  
quasdam fabulas & verba inhonestā coram  
iis proferant, ne vna cum nutricis lacte vi-  
tium quoque imbibant. Cuius opinioni  
quam proxime insistens Plutarchus, vult &  
p̄dagogos puerorumque ductores honestos  
est, & vitæ probatoris, ne quod forte  
prauæ consuetudinis vitium familiaritas il-  
lorum & aspectus puris pueri moribus offi-  
ciat.

Quod circa pueros obseruarum duntaxat  
voluere gentiles, hoc omnibus in genere ho-  
minibus iniunxit Salomon in Proverbiis,  
*Fili mi, se te laetauerint peccatores, ne ambules  
cum eis; probibe pedem tuum à semitis eorum:  
pedes enim illorum ad malum currunt. Non a-  
liam quoque ob causam à Propheta Iehu re-  
prehēsus fuit Rex Iosaphat, qui viginti quin-  
que annis regni Iudæ tenuit gubernacula, quam  
quod impio Achab auxilium & sup-  
petias pulisset: Quare impio prabes auxilium,  
Et iis qui oderunt Dominum, amicitia coniunge-  
ris? Idcirco iram Dei merebaris.*

*Ideas 10. Idem ipse Iosaphat, quod classem suam  
cum clavis Ochoziaz filij Achab coniunxi-  
set, quæ cōiunctis viribus in Ophir & Thar-  
sis, aurum allatura, proficisci eretur, eandem  
perdidit: cuius amissionem non alij causæ et-  
iam ascripsit Eliseus Propheta, quam quod  
scelesti illius nauibus suas addidisset: Quia,  
inquit, habuisti fœdus cum Ochoziaz, percutiſſit  
Dominus opera tua, contrariaq; sunt naves, nec*

*potuerunt ire in Tharsis. Vide, quantum adfer-  
re detrimenti bonis improborum soleat cō-  
mercium & familiaritas.*

Et quoniam de nauibus loqui cōpimus,  
an non nauis illa Euangelica, qua Apostoli *Luc. 14.*  
vehabantur, tempestibus agitata fuit, &  
naufragij periculis exposita, quod scelestus  
& sacrilegus Iudas eadem veheretur? vnuſ  
ecce proditor, vnde decim aliis Apostolis exi-  
tium pene & mortem intulit. Quo docemur,  
improborum societas non mediocre af-  
ferre periculum solere, & vnius improbita-  
tem sufficere, ut mille probi ruina inuoluā-  
tur. Vnde mysterium hoc exponens Ambro-  
sius, ait: *Non turbatur nauis, qua Petrum ha- Sup. Luc. 14  
bebat, sed turbatur illa qua Iudam habebat,*  
& sic multa discipulorum merita naufragabant.  
*In utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus  
est, turbatur alienis. Causamus igitur perfi-  
dum causamus proditorem ne per unum plurimi  
fructuemus. Idem propemodum repetit & a-*  
*lio loco dicens: Tranquillitas est, ubi solus Pe- In serm. de  
trus nauigas, tempestas ubi Iudas adiungitur, Cathedra  
vniuersitatis igitur delictio, cunctorum merita quassat- Petri.*

Idcirco in Proverbij specie dicebat, is qui  
supra Pythagoras: *Non esse cuius inuiciendam Plus de e-  
dextram. Porro dextram dare, amicitiæ sym-  
bolum est. Innuere autem Philosophus vo-  
luit, non esse omnium promiscue amicitiam  
ambiendam, sed improbos fugiendos, pro-  
bos vero solos in societatem & sodalitum  
admittendos.*

Noluit Israëlitæ olim Deus cum alienigenis & idolorum cultoribus connubia ini-  
re, ne forte eorum commercio ad idolola-  
triam pellicerentur: *Non accipies uxorem de Exod. 34.  
filiabus eorum filii tuis, ne fornicari faciantur. Noxia est  
filios tuos in deos suos. Imo & commercium impiorū  
& familiaritatē cum iisdem vertit, ne societas  
forte ruina eadem cum illis inuoluantur:  
Caus ne unquam cum habitatoribus terra il-  
luis iungas amicitias quæ sint tibi in ruinam.*  
In lege porro Euangelica vetitum est, ne  
quis impiorum familiaritatē velut connubiū  
ambiat, & commercia à virtute alienorum,  
& idola mundi huius adoratorum  
frequenter, ne forte abiis ruina, & perni-  
cies nostra originaem sumat. Quam igitur

contubia hæc noxia sunt, contubernia hæc contagiosa & letifera!

*Gen. 6.*

Filij Seth, Semidei quidam erant, & filij Dei quodammodo, antequam cum filiabus Cain-matrimonium iniissent: at hisce nuptiis initis ad tantam impietatem delapsi sunt, torque vitis & sceleribus sese contaminarunt, vt diluuij post securi fuerint improbo- causa & origo. Edocemur hic improborum rum fami- & scelerorum familiaritatem societatem liaritates que perfectissimis quibusq; viris perniciem probos arcere, & electos in reprobatorum farra- destruūt. ginem coniicere, deque Angelis terrestribus tetricos constitucere dæmones.

*3. Reg. 13.*

Propheta ille verus & sanctus, quem Deus in Samariam destinauerat, in itinere à leone dilaniatus fuit, quod Dei iniusu pseudoprophetæ domum ingressus cibum cum eodem sumpsisset. Quotnam, eheu! sancti monia illustres in vita huius itinere à leone infernali, (de quo Petrus Apostolus locutus est: *Quia adversarius vester diabolus tanquam leorugiens circuit quarens quem deu ret*) imperfecti sunt, quod audacter nimis, si ne illo metu aut diuino respectu domos impiorum adeant, peccantium consortia frequentent, & scelerorum qui mundi huius pseudoprophetæ sunt, contubernia non deuent.

*Gen. 19.*

At paucos hodie Lotho similes reperi- est, qui in medio Sodomitarum, & inter abominanda flagitia probus & integer vita permanxit. Veruntamen, ne forte prauo ciuium suorum exemplo depravaretur, & à excepto innocentia tramite defleceret, vrebbe eum Angeli egredi, & à prauorum se- cietate protipere coegerunt. Quo edocen- tur iusti & probi, licet Lotho vita sanctimo- nia non cederent, sibi persuadere, nunquam se quamdiu interscelatos agunt, tutos esse, imoni si ab eorum recedant societate & So- domis egrediantur, in certissimo salutis amittenda, animæque damnandæ periculo versari. Ut quis enim inter improbos, non fiat improbus, sed primam inuiolatam conseruet innocentiam, miraculo tribuendum est.

Amici Iob, eiusdem calamitatem & æru- mnas non alteri ascribebant causæ, quam

quod improborum sectaretur vestigia, & cu' impiis societatem iungeret. Ait enim Eliu: *Qui illi viri, ut est Iob, qui bibit sub annatio- nem quasi aquam, qui graditur, cum operanti- bus iniquitatem, & ambulat cum virtu impi?* Inferre inde & argumentari volebat, Iob ini- quum & scelerum esse, ac proinde merito hæc illi euenire infortunia. Evidem vero hinc efficere, improborum societatem esse noxiā ac detestandam, quod à praesenti Euangeliō probare potero, in quo decem leprosi sequestrati ab aliis, turbis hominum se immiscere non audent, ne quem lepra sua insificant, imo nec Christo appropinquare; sed emiuus exclamant: *Iesu præceptor misere- rere nos!*, & à lepra nos emunda. In Lucae hi- storix series continetur. *Cum ingredieretur quoddam castellum, occurrerant ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe... Hanc ut vestro Diuino commodo prosequar, primo de leprosis lo- cōcōnisi- quar, eorumque postulationem deducam, deinde miraculum, quo Christus eos mun- davit, atque alias eiusdem circumstantias exponam.*

Christus igitur Ierosolymam profectus Euangeliō, ut in eadem mortem sustineret, Samariam, quæ hand procul Ierosolymis aberat, quaque à decem tribibus incolebatur, quæ se ab aliis cum Ieroboam, ut è regum libris est colligere, rebellionis tempore, ut idola adorarent sequestrauerunt, pertransit, atque per Galileam iter faciens, castellum quoddam cuius nomen ignora- tur, ingressurus, ut Euangeliō annun- tiaret, decem leprosos obuios habuit, quorum nouem Iudæi erant, & decimus Samaritanus. *Qui steterunt à longe & leue- runt vocem, dicentes: Iesu præceptor misere- nostri:*

Hic de lepra & leprosis loquendum est: II. nam semper ipsa peccati symbolum fuit, & Peccatum non immerito: sicuti enim lepra humorem lepræ col- corporis destruit ac corrumptit, & proinde latum. hominem turpem reddit & luridum, ita peccatum animæ, quæ diuinæ pulchritudinis speculum est, pulchritudinem cor- rumpit, ac deformè dæmonis simulacrum efficit. Innuisse aliquid Psalmographus vi- sus est, dum ait: *Corrupti sunt & abo- minabi-*

*Luk.16.* minabiles facti sunt. & apertius Ezechiel: *Abo-*  
*minabile fecisti decorem tuum.* Lepra deinceps contagio suo altos inficit, ideo quoque ab viribus & castris, ne alios inficiant, sequestrati viuere leprosi iubentur, vnde in Numeris legere est: *Principes, ait Moysi Deus, filius Israel, ut eiciant omnem leprosum extra castra, ne contaminent ea.* Ita quoque peccatum contagiosum est, & peltis maxime letifera, quam obrem procula proborum contubernis commercisque abigendi peccatores, quia alios corruptunt & perdunt. Facturum se hoc Psalmista dicit: *Non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam.* Tertio lepra os corruptit, & halitum foeditam reddit: non secus etiam peccatum, quam enim tetur est os peccatorum, halitus eorum pestilens, ideo sepulchro patienti ipsum comparavit vates: *sepulcrum patiens est guttus eorum.* quid enim anima intrinsecus mortua, proficiat queat quam tetra mephitis, & malevolentia, qualis, à sepulchro ossibus mortuorum pleno egredi solet? quam enim fœtent iuramenta, blasphemiae, iniuria: conuicta, calumniæ, mendacia, quæ scelerorum verba, quam virulentam sunt: sunt profecto & alia inter utrumque similitudines. Primo lepra inextinguibilem causatur sicutim; non minus etiam peccatum, si Esaiæ de peccatoribus loquenti credamus: *Multitudo eorum sit exaruit.* Et profecto requiem nullam habent peccatores, semper enim affectus eorum siti ardet, & desideria ardore incredibili aduruntur. Vnde scite in Proverbiis Salomon: *Venter impiorum insatiabilis.* & in Epistolis suis Hieronymus: *Libido fumem patitur sui.* idem qui prius sapiens citatus ait duo esse, infernum & peccatum, quæ nunquam satiare queunt.

*Peccatum.* Secundo, vt lepra, informes & abominabiles reddit illos quos infecit apud omnes, peccantem qui eadem parent, ita peccatum peccatores odibilem coram hominibus, Angelis & Deo, abominabiles & odiosos reddit. Audite vt David loquatur: *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.* Et in Proverbiis Salomon: *Abominantur infra utrum impium.* Et Osias: *Ipsi autem intrauerunt ad Belpheger, & abalienati*

*sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles;*  
*& ita abominabiles, vt teste Hugone: tolera-*  
*bilior sit canus putridus fætens hominibus, quam consuetus*  
*animus peccatoris Deo.* An non insigne abominationis argumentum est, Deum ita peccatores abhorre, eos vt videre nolit, cosque perpetuo effusia sue conspectu priuet, ad inferos & in tartarum, quo nullus in orbe locus profundior & à celo, in quo Deus est, remotior, relegans.

Tertio lepra sensus corporales penitus Peccatum corruptit & perdit, ita peccatum robur & animæ facultates animæ: atq; vt leprosus manuum res de- & pedum amittit vsum; ita peccator affectū struit. & propensionem ad virtutem. In cuius rei *Iud.1.* figuram crediderim Adonibesech regem Chanaan extremitates manuum & pedum septuaginta principibus amputasse. Adonibesech tantundem valer, as si dicas, doctor tempestatis, vel diabolus fulminans, peccati typus est; denotatur vero, hunc animarum nostrarum tyrannum peccatoribus, qui hoc in mundo regulorum instar dominantur, manus & pedes praescindere, id est, ad virtutem & ad bona opera ineptos illos reddere & mancos. Huc etiam facit quod de impudente illo, qui sine ueste nuptiali ingerere se in nuptias præsumperat, quique peccatoris imaginem gerit, dictum est: *Ligatis manibus Matth.22.*  
*& pedibus eius, mississe eum in tenebras exteriores.* Peccatum igitur lepra est; atq; animam inficit.

Quarto lepra oculos diffundit, aures per- Peccatum forat, nasum auellit, gustum inficit, & omnia animam corporis membra vitiat & contaminat. Non excæcat. minus ipsum peccatum, in primis peccatores excæcat, de quo in Psalmis: *Supercedidit Psal.57.*  
*ignis, & non viderunt solem.* Item apud Sapiētem: *Excæcutit eos malitia eorum.* Surdos *Sap.2.* quoque efficit, scriptum namque est: *Aures habent & non audiunt.* Nasum quoque auellit & aufert; rerum quippe cœlestium gustum aufert. Hinc in Proverbiis dicitur: *Animas a- turata rebus terrenis calcabit faunum & dulcedinem cœlestium.*

Quinto lepra medicorum iudicio, curari nequit: ita Theologorum sententia, nec peccatum; ideoque appellant, *sumum mazum*, quodque infinitam malitiam includit.

*Ierem. 30.* Quo respiciens etiam Ieremias, ait peccati fracturam esse insanabilem, *Insanabile, inquit, est fractura tua.* Et quemadmodum miraculum foret, leprosum sanari, ita profecto non minus miraculum est, peccatorem ad gratiam redire iustificatum. Hinc non immixto Augustinus ait: *Maius esse de impiis Lib. Asyra facere pium, quam de nihilo creare cælum & terram.* Et deinde probat Angelicus Doctor Thomas: *Maximum opus Deesse, iustificationem & remissionem peccatorum.*

*Septem lepræ genera respondent septem peccatis mortalibus.*  
*2. Par. 26.* Nemo igitur dubitet, lepram verum peccati symbolum esse, peccati, inquam, mortalis, quemadmodum enim septem peccati mortali genera sunt, ita quoque septem lepræ genera in Sacris litteris reperiuntur, qua cum illis optime coincidunt. Superbia namque designata fuit in lepra Ozia regis, qui superbia inflatus, & fastu turgidus sacerdotalem sibi dignitatem vindicauit, ideoque lepram fronti illius Deus immisit. Avaritiam designat Giezi Elisei pueri lepra, quem eadem ob auricupiditatem Deus percussit. Luxuria præsignata fuit in lepra, quam David Iacobus eiusque posteris impetratus est: *Non des ias ad domo Iob leprosus, & fluxum seminis sustineat.* Inuidiam denotat lepra Mariæ, qua inuidia cœstro concitata aduersus fratrem suum Mosen insurrexit, ideoque lepra fuit percussa. Gulam representatam video in quatuor illis leprosis Samaritanis, qui holtilia ingressi sunt casta, ut se ingurgitarent, & genio indulgerent. Iram Naaman Syrus fronte præfere, quando nimirum Eliseo Prophetæ succensuit, quod in Jordane illum lauari vellet, ita consilio hoc neglecto in Syriam redire constituerit. Acediam lepræ Mosaiæ comparo, cuius manus in sinum coniecta leprosa egrediebatur, quasi niue fuisse operata.

*Lividino-* Inferre hinc licet, quemadmodum lepra si maxime peccati symbolum est, ita quoque leprosi peccantium typum esse, ac præsertim designantur lasciuorum, fornacantium, & luxuriosorum, in cuius rei signum in Leuitico præcepit Deus, ut si quis lepra infectus, à Sacerdote iudicaretur, quamprimum vrbe pelletur, vestes lacerarentur, caput illius deu-

datur, os obturaretur, ne noxio illius habitat cæteri inficerentur; & alta inclamaret voce: Leprosus sum, ne quis illi appropinquaret, ab illoque omnes sibi cauerent. Scio hæc omnibus in genere peccatoribus accommodari posse, sed de libidinosis & lascivis intelligi potissimum debent: quamobrem vt lex de leprosis lata locum hic habeat, quamprimum vt inter Catholicos lascivius, meretrix etiam aut pellea apparet, vestes illius quamprimum dilacerandæ sunt, domus ianua occludenda, crinibus abipiendi, patria eliminandi, ne suo fortissimo afflato honestiores matronas inficiat, & prauo exemplo cæteras ad perniciem trahat.

Vt quod dixi confirmem, Leuitici 4; diuersa leproforum reperio genera: nonnulli in crinibus leprosi erant, quod illi capite excederent; alij vero in externo colore, quod lepra è solo colore agnoscetur, quamtraluis nullum eius exterius foret indicium; proferuntur alij denique in colore & crinibus simul, genet interius quoque lepra fœdissima erant inquinati. Mystice hic eruo, tria quoque leproorum spiritualia: maxime quoad libidinem, esse: alij siquidem in crinibus lepram souent, non enim se lascivos aut lubricos ostendunt, nisi in desideriis & cupiditatibus in honestis, qui crinibus calamistrandis, cincinnis parandis, pingendis comæ operam dant, qui tamen saepe, sibi funem necant, è quo, Absalom instar, suspendantur. Alij vero leprosi sunt & libidinosi solo externo intuitu & colore, reperiere quippe est viros ac fœminas quæ tam libere obscena & impudica loquuntur, quasi mediis in lupanaribus agerent; & nullum confistere in iis peccatum autem, eo quod ad rem & actus illicitos non pertueriant, sed errant, & quidem grauißime. sunt quippe in causa, vt de iis loquantur alij, & cæteris sunt scandalo. Alij denique lepra penitus cooperi sunt tum in operum in verbis, atque hi rebus publicis & ciuitatibus publico edicto arcendi sunt. Et præsertim salaces illæ & pellaces mulieres, meretrices illæ vrbi pestes, quarum versus typus & figura fuere leprosi Israëlitici, illi

illi quidem vestibus dissutis per agros & vil-  
las oberrabant, & leprosæ illæ meretriculæ  
per virbes diuagantur & cursitant, carnem  
denudantes, crinibus dissolutis, & pellaciter  
per oculos ludentibus, sinn patulo, calceis  
lunæ in morem excavatis & cornuto inter-  
stitio apertis, togis immane quantum hian-  
tibus. Hinc procul hinc, peccati imagines,  
apagite fomenta dissolutionis, procul ab ho-  
minum conspectu, noxiæ pestes & leprosæ  
detestanda. Ita quippe lex diuina iubet, &  
leprosi hi Euangelici fecere, *Occurrerunt ei  
decem viri leprosi, qui steterunt à longe.*

*Mihil populi  
quidem probro est patria, si vero patria. Quod gma.  
denotare Philosophus voluit, nobilium vi-  
tia & prauos mores nobilitatem generis ob-  
scurare & destruere.*

Sola autem virtus & facinorum proprio-  
rum splendor & dignitas, nobilitatem con-  
stituant, his solis nobiles inter suos & alie-  
nigenas resulgeant, vt inter tenebras side-  
ra. Hinc Romani in calceis suis Lunam ge-  
starunt, quo nobilitatem indicarent suam: argumen-  
tam vt Luna certissimum temporis pro-  
ta. *Virtus &*  
*heroica*  
*facinora*  
*veræ no-  
ra.*  
*Hinc Romani in calceis suis Lunam ge-  
bilitatis*  
*starunt, quo nobilitatem indicarent suam: argumen-  
tam vt Luna certissimum temporis pro-  
ta.*  
*gnosticon est, tempestatesque denuntiat; Olim luna*  
*fi enim rubicunda sit, ventum instare de-  
nobilita-  
dunitat; si pallet, pluviā minatur; si al-  
tis sym-  
bolat, serenitatem promittit, vnde versi-  
bolum  
culus,*

*Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba sere-  
nat.*

Ita de nobilibus dicere licet; si enim virtu-  
terutilent, vniuersa etiam regio circumqua-  
que virtutibus resplendebit; si tyrannides  
exerceant, & feritatem colant, nihil nisi cæ-  
des, homicidia, sanguinis effusionē audies,  
si faciles nimium sint & peccantibus conni-  
uentes, magna morum in republica orietur  
in peius mutatio, negotia pessum' ibunt, sub-  
ditii seditionem concitant, & in ruinam ver-  
gunt. Denique si prudentia & sapientia ca-  
reant, metuendum est, ne respubl. in exitium  
ruat, & in extremam calamitatem deuolu-  
tur. Castellum igitur Galilææ leprosis sca-  
tet.

*Occurrunt ei decem viri leprosi. Horum no-  
uem Iudei erant, & decimus Samaritanus.  
Crediderim hos, quod oēs pauperes essent  
inter se coaliſſe & ita diuinitus cōgregatos,  
vt alii confunderentur. Ut fideles erubescant  
& Iudei, infidelis additur Samaritanus in fo-  
cium; nouem enim Iudeis beneficium datu-  
non agnoscentibus, solus hic grates egit.  
Hinc etiam Ieremias fidelibus pudorem in-  
cūlparus, exclamat, *Trāſite ad insulas Cethim,*  
*& videte si factum est huiusmodi, si mutauit*  
*gens Deos suos. Quasi diceret: Gentilium re-*  
*giones adite & ad barbarorum virbes pene-*  
*trate, vide quomodo vitam instituant,*  
*num ita dissolute & lubrice vnuāt, vti viuitis:*  
*vide**

III. Ecce quid nouum. Dominus siquidem  
castellum ingressus decem leprosos habuit,  
quos diuina sua potentia mundaret, ô ca-  
stella infelicia! ô loca infecta! vos lepra, vi-  
tii, calamitatibus, abominationibus & for-  
dibus sceleris. Vos ô nobiles, qui in castellis  
habitatis, vitiis abundatis: in castello nam-  
que Bethaniæ, video Lazarum fœtentem,  
Martham fluxu sanguinis laborantem, &  
Magdalénam libidine infamem. In Herodis  
palatio video incestam Herodiadis copula-  
lam, video innocentis viri necem, & mulie-  
bre feritatis exemplum. In regio Baltaſſaris  
castro apparent eminus coniuia concubi-  
narum, vasorum templi profanatio, ac tri-  
stium funerum repræsentatio. Nullæ ecli-  
pſes adeo notabiles sunt, vt sunt illæ quæ à  
sole & luna emanant, qui inter planetas ex-  
cellunt; ita quoque pœccata & flagitia maxi-  
ma, quæ inter homines dominari videmus;  
plerunq; velà diuitibus velà nobilibus, qui  
cæteris tum diuitiis tum dignitate præcel-  
lunt, profiscuntur.

Nobiles  
scelerati  
dedecori  
sunt suæ  
profapia.  
Quor, cheu: hodierna die reperire est no-  
biles, qui majorum suorum virtutes ac faci-  
nora heroica vitiis suis obscurant, familiæ  
decorum obfuscant, & generis sui dignitatē  
terrima flagitorum fuligine denigrant: nā  
vpoeta ait:

*Dedecorant benenata culpa.*

Quemadmodum enim ciuis improbus &  
flagitosus reip. suæ dedecori est, ita nobilis  
dissolutus & lubricus, generi suo & majori-  
bus infamiam inuit. Ita respondit olim scite  
Anarcharis Scytha Philosophus, sibi patriæ

*Ad Iude-  
orum cō-  
fusionem  
additus  
est Sama-  
rianus.*  
*Ierem. 2.*

videte num maior apud eos sit deorum & sanctorum cultus & reverentia, quam apud vos.

1. Reg. 4. 5.

Voluit Arcam testamenti, qua nihil habebant Iudei pretiosius, Deus in Philistinorum, qui infideles & gentiles erant, manus incidere, ut ita sacerdotes Israëlis confunderentur, videntes illam tanto apud Philistinos in honore esse, quippe quifano Dagon illam imposuerunt, & illius ara collocauerunt: interea tamen sacerdotes in eius conspectu furabantur, & nullo reverentiae respectu multa præter fas & nefas comittabantur.

Misit olim Deus Ionam unum e Prophetis minoribus in Ninuem, totius Assyriæ metropolim, à Nino Nembrothi nepote, ut Xenophon ait, exstructam, sed quæ ducentis à Ionae prædicatione annis à Cyaxare Medorum rege funditus diruta fuit circa Babylonicae captiuitatis tempus, ut Eusebius & Herodotus tradunt; misit inquam ad infideles, ut eos ad penitentiam prædicando conuerteret, ut Iudei cum viderent à barbaris minores Prophetas maiori honore suscipi quam à se Maiores, pudore confunderentur. Ideo quoque diuino consilio factum ut ad nouem Iudeos leprosos decimus accederet, Samaritanus.

2. Reg. 15.

Dicem viri leprosi. Quid Deus bone? Decemne uno in loco leprosos colligere hinc est, quam facile impii societatem incant, & sibi paribus assidentur. Decem millia cum Absolomo tumultuantur, & coniuratorum agmen aduersus Dauidem constituant. Universum Aegypti regnum cum Pharaone armatur & coit, ut Israelitas stricto mucrone prosequatur. Omnis Hierosolyma Herode turbato turbatur, & mouetur. Trecentæ vulpes Philistinorum segetem vastatæ, coniunctis caudis discurrunt: hic vero decem uno in loco videoas leprosos & quod notatu dignissimum, viri omnes: decem viri leprosi. Si pueri essent minus fortasse malum esset; si feminæ, tolerabile foret, sed omnes viri, quod dolendum & deplorandum. malum enim grauius est, & scandalum maius, videre viros lepro infectos, viros inquam ingenio & sapientia dotatos, præclaris dotibus ins-

Exod. 14.

Matth. 2.

Iud. 15.

Magis scandalosum vide-

gnitos; quam mulieres arundine mobiliores: te vitaq; Proteo versatiliores, omni vento mobiles, faminas ipsam denique fragilitatem. Hic igitur viso lepros, Christo, steterunt longe.

Accedere non præsumunt, eminus stant legem seruantes qua aliorum arcentur confortio, & vrbes & castra ingredi vetantur, ut in Numeris videtur est. Colligi hinc poterit, quanta sit peccatoris fœditas & abominatio, qui nimis ab omnibus reicitur, vrribus proscriptus, & cuius commercium omnes detestantur & fugiunt. Quis enim morbo contagioso laboranti cohabitet? quis mortuum semper ad latus habeat: solent defunctorum corpora rure & extra ciuitatem sepeliri, ut exequæ adolescentis illius qui extra Nain ciuitatem sepeliendus efferebatur, ostendunt. Adam admisso peccato & proinde mortis reus, paradiso electus fuit. Calumniator ille & fratum accusator, co-Gen. 11. lo exactus fuit, mox ut peccati coniunctus Apoc. II. fuit. Nabuchodonosor imperio & regno Dam. 4. priuatus fuit, & hominum commercio po-Oratio- pria: us ut in filiis ferinam viuendi rationem sequeretur, quod eorum prius homo vitam esset impudice viuendo imitatus. Denique leprosi hi vera peccantium simulacra, hominum vitant consortia, & steterunt à longe.

Nec solum legis obseruatione & intuitu, Rever-Oratio- hominum fugiunt aspectus, sed quam erga via impe-asp- ce Messiam habebant reverentiam & cultum, dit quo-Clamor- que ei exhibendum sciebant, illos quo minus le-Gen. 11. minus accederent impediebat. Idem etiam re-pro- fectus alias & Publicanum retraxit, nam à cedant, longè stans, nec oculos ad cœlum levare audiebat. Luc. 18. fratres quoque Iosephi visa vultus illius maiestate, & admissi in cum criminis memores, accedere propius non audiebant. Leprosi et-Gen. 4. iam hi ad Christum accedere non præsumen-tes, Vocem leuauerunt, dicens: Iesu præceptor miserere nostri.

Magna inclamat voce; clamores au-IV. tem optima signa sunt tum internæ pietatis Clamor- desiderii; signa sunt, esse nobis in tribula- signabili-na fum- tionibus ad Deum clamandum, ad imitationem Dauidis, Ad Dominum, cum tribu- Psal. 119. latet,

lare, clamant & exaudiret me. Signum ad-  
hæc, afflictiones & aduersitates nos cogere  
clamare ad Deum, clamandoque eum sequi;  
sequentes vero animarum salutem obtinere  
solere. Nunquam Ioab militiae Davidicæ  
cogit præfectus ad Absalonem venisset, à quo ta-  
mè Deum mentes euocatus erat, nisi ignis, qui præ-  
digat, dia illius inuaserat eum violenter quodam-  
modo coegisset. Ita quoque nunquam pec-  
catores ad Deum venirent, licet frequenti-  
bus inspirationibus inuitentur, nisi vche-  
mens afflictionum ignis illorum commo-  
dorum temporalium legemet interdum ad-  
uteret. Vix enim nos illæ velut apparito-  
res citarunt, quin statim ad creditorem pro-  
peremus, eique omni ratione satisfacere ni-  
tamur. adeo ut locum habeat Propheticum  
illud: *Impie facies eorum ignominia, & quare*  
*nomen tuum.*

Ceterum leprosi nostri hinc dolore, illinc  
vero sanitatis recuperandæ desiderio stimu-  
lati inclamant, & quidem simul omnes ela-  
ta voce. Primo, & quidem, ut appetat, veri-  
similiter, ut vnitis precibus, quasi violentia  
& communi quadam conspiratione, eo ci-  
tius Christum ad commiserationem incita-  
rent, misericordiamque illius ita melius ex-  
perimentarentur. Docemur hic igitur, non suffice-  
re, si quid à Deo obtrinere contendimus, pre-  
ces priuati alicuius & singulare, sed publi-  
cas etiam & communes adiungendas. *Hac*  
*aspubli-* ait Tertullianus, *Deo grata est: & axio-*  
*ce mai- ma Philosophiam est, Vix unita fortior est*  
*nis sunt ef seipsa dispersa.* Et profecto solent orationes  
facie, q publicæ maioris energiæ, virium, roboris  
particula, ac merití esse, quam particulares & ab uno  
singillatim effulsa. Secundo pariter vocem  
suffollunt, docere nos volentes, esse nobis  
in statu peccati constitutis summa voce  
clamandum, in cœlum lamenta effundenda,  
ad Deum recurrendum, eiusque misericor-  
diam implorandam. Ipse nempe unicum  
peccantium remedium est, vnicum delin-  
quentium asylum; ipse *Sanas omnes infirmi-*  
*tates nostras, & redimit de interitu vitam no-*  
*stram.* Prodigus filius cum ad summum mi-  
seriarum peruenisset, ad patrem reuersus est.  
Quo exemplo instituimus, non aliud esse  
nobis refugium, post dilapidata & decocta

*Tom. 2. Pars Aelia.*

Oratio-  
a im-  
quo  
nus le-  
os ac-  
dant  
4.18.

*Nel. 101.*

*Luc. 15.*

coelestia charismata, quam Patrem illum ca-  
tersum, eligendum.

Nous hinc quoque erit conceptus. Preces  
Leprosi hi orant pro communitate, non vero <sup>commu-</sup>  
pro se ipsis singuli, dicentes plurali numero, nes sint.  
*miserere nostri: cōmunem omnium singuli sa-*  
*nitatem pertinet, non vero omnes speciatina*  
*suam: non pro se modo, sed pro aliis, etiam*  
*Deo supplicant.* Est scilicet quidam chari- *1. Cor. 19.*  
tatis actus, ut pote quæ semper publicum spe-  
ctat, non vero particularia aut singularia;  
non enim querit quæ sua sunt. atque hæc est *lac. 5.*  
ratio, Auditores, cur Apostolus Iacobus ad  
mutuas nos orationes inuitet, dicens: *Orate*  
*pro invicem ut salvemini.* Nouerata autem his  
similis David rex, qui sibi ipsi & non aliis *Psal. 5.*  
misericordiam postulabat, *Miserere mei Deus*  
*secundum magnam misericordiam tuam.* Le-  
prosorum autem preces communes sunt,  
& coniunctim orant, *Iesu præceptor miserere*  
*nostri.*

Brevis quidem oratio, sed summa effi- *Oratio le-*  
caciæ. Dicunt *Iesu* ut ostendant credere se, prætorum  
illum esse verum Salvatorem mundi, *Prae-*  
*pia & ve-*  
*ceptorem* appellant, ut declarent patatos se *hemens.*  
illi, velut præceptor, obedientiam præstare,  
cui nullus in qua similis in orbe existit.  
Ac si dixissent. *Tu qui verus es præceptor,* *Matth. 8.*  
qui vitæ nobis præcepta tradidisti; qui ven-  
tis imperasti, qui dcinde voci tuae auscul-  
tantes quieverunt. *Tu qui adolescenti præ-*  
*cepisti ut surgeret & quamprimum resur-*  
*gens ad vitam rediit.* *Tu qui filiæ archisynag-*  
*gogæ mandasti, & quamprimum ad vitam*  
*resuscitata est.* Nostro quoque morbo im-  
pera, & confessim à lepra mundabimur. *Mi-*  
*serere nostri.* suam agnoscunt miseriari, il-  
liusque misericordiam implorant, nullum  
in se reperientes meritum, quod illi refe-  
rant, quo ad misericordiam permoueatur.  
Iustitiam illius sustinere non valentes, ad  
misericordia & clementia tribunal appellant; tamque scite negotium suum peragūt,  
ut Christus eorum misertus ad sacerdotes  
illos mittat dicens; *Ite, offendite vos sacerdo-*  
*tibus.* Hoc reliquo concionis membro prole-  
quar.

Christus igitur audita supplici illorum *V.*  
Hh pestu-

Postulatione ad misericordiam commotus fuit, nam verba illorum vel saxe pectora & adamante duriora permouere potuissent; & ad sacerdotes illos destinauit, quod tantumdem fuit ac si illos certo certius mundandos afferuisset. Porro varias easque pulcherrimas ob rationes eos ad sacerdotes misit. Primo, ut miraculi huius facti quodammodo participes, conuerterentur, conuersi vero in illum crederent, & vt Messiam agnoscerent. Deinde, quod lex sacerdotibus lepra iudicium commisisset. Tertio ut ostenderet, publicas esse cæremonias & instituta obseruanda. In lege quippe Mosis decretum erat, ut sacerdotes lepram a non lepra discernerent: leprosos ab aliis sequestrarent, pueros vero & integrros, instar aliorum tenerent, ad sacerdotes igitur misit, quo ostendat non venisse se ut legem turbaret sed eandem conservaret, & cetera instituta in esse suo & vi- gore tueretur. Quarto, ut legi se subiiceret: dixerat quippe iam olim. Non veni soluere le- gem, sed adimplere. voluit igitur ad tempus seruare legalia, ut circumcisio, præsen- tationem sui in templo, agni paschalis im- molationem, & hodie sacerdotale de lepra iudicium. Ite ostendite vos sacerdotibus.

Sunt vero aliae rationes, cur ad sacerdotes illos mittat. Primo ut fidem illorum experiretur, & sacerdotum testimonio constareret veram fuisse lepram, à qua mundati es- sent, ac verum proinde miraculum: creden- dum siquidem est, misisse illos, antequam mundati essent. Deinde, quod allegoriam sapit, ut ostenderet illos qui peccato, id est, lepra spiritali percussi sunt, ad sacerdotes confugere, iisque se de commissis penitendo, ostendere debete.

**Auricula-  
ris confes-  
sionisfun-  
damentū.**

*I/ai. 42.*  
*Rom. 1 o.*  
*Eyal 31.*

Ex hoc autem potissimum loco, omnes Catholici scriptores adstruunt confessio- nem auricularē, & exomologēsi pecca- torum ad salutem esse necessariam, quod ut riteantur, hunc locum velut fortissimum propugnaculum adhibent; quamvis & alta sint, quæ huc haud incommodē facere vi- deantur, ut illa Isaia: Narr si quid habes ut iustificerū; & ille Pauli ad Romanos, Ore au- tem confessio fit ad salutem. item ille Psalmo-

graphi, *Dixi, Confitebor aduersum me infiliam meam,* & in remissione iniquitatem peccati mi- item Apostoli Ioannis: Si confiteatur nobis <sup>1. Joh. 1.</sup> peccata nostra & fidelis est & iustus, ut remis- tar nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. At hoc nullus est apertior: quid enim est leprosos ad sacerdotes mittere, quam peccatores ad tribunal & aures Con- fessorum destinare, quibus peccata sua confeantur & delicta dergant?

*Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Hieronymus de alio leproso à Christo sanato, & eodem modo ad sacerdotes misso, ait à Chri- sto leprosum ad sumnum sacerdotem desti- natum, ut ei de mundatione rationem red- deret, quo fideles edoceret, quam sacerdo- tio reuerentiam & honorem fideles exhibe- te oporteat.

S. Augustinus & Cyprianus Afer *utique, Cyp. iii.* & magni nominis, addunt, quod quamvis <sup>ad reg.</sup> sacerdos officio suo, peccati tramitem vir- turis via derelicta, insistendo, decesserit, non minorem tamē ei reverentiam, & sacer- dotalio honorem deberi. Caiphas an non sce- <sup>Sacer-</sup> leratus erat & coram Deo abominabilis <sup>1. Mat. 26.</sup> hi- res hono- lius tamen Dei eidem honorem exhibuit, tandem coram illo respondere, cum ut iudicem ad- uis <sup>ut uis</sup> mittere, illius furorem & indignationem perferre, denique sententiam ab illo pronun- tiatam & quo animo recipere, quod summus eset Pontifex, non dubitauit. Scribæ & Phari- sei variis flagitiis erant cooperti, ac vitam ducebant hypocriticam, & mendacibus virtutum colōribus insignitam, eos tamen colili voluit Christus, eorumque statuta ac decreta quā exactissime custodiri, *Omnia ergo, que euque dixerim vobis seruare & facite.* quoniam vero in hanc materiam incidimus, de honore sacerdotibus debito iam parumper loquer- dum erit.

Ostendit, inquit Cyrus Alexandri- <sup>Cyr. iii.</sup> nus, lex verus, quanto sacerdotes sint ho- nore afficiendi, cum in terra promissionis distributione: simul agrorum & vr- bium divisione, nullam Leuitis & sacerdo- tibus portionem assignauit: sed sua Deus illos mensa reficeret quodammodo, ac suo pane vesci voluit: quodammodo in aliis <sup>Matth. 14.</sup> inti-

intimos quosque ac familiarissimos, Principum mensae cernimus adhiberi: adeo ut Sacerdotes nullam in temporalibus sortem natu-  
ri, vere Propheticum illud, velut symbolum  
sibi proprium, usurpare queant: *Dominus pars  
hereditatis mea.*

*Sacerdos*  
*in regib⁹*  
*similes.*  
*temporibus*  
*decimas, primicias, redemptio-*  
*naturum concesserit. Ex his rebus liquet,*  
*inquit, iuxta legū iudicium Sacerdotes aqui-*  
*parari honore ac maiestate regibus, siquidem*  
*illu tamquam Principib⁹ conferri tributa im-*  
*perat.*

Tanti quoq; Ägypti reges Sacerdotes &  
sacerdotium faciebant, ut licet Pharaon ab-  
sueris Ägypto tribuum & vestigia exige-  
ret, sacerdotum tamen agros cremenit, &  
immunitate donavit. In uniuersa terra Ägy-  
pti: quinta pars soluitur regibus. Et factum est  
qua si in legem absque terra sacerdotis, que libe-  
ra ab hoc conditione fuit. Rationi igitur vide-  
tur consentaneum, Sacerdotes ut inter eete-  
ros Christianos maxime honorentur, ac de-  
bito cultu afficiantur.

*Egypti*  
*sacerdos-*  
*tes colunt.*  
*Epithets*  
*Sacerdo-*  
*tum que*  
*in Sacris*  
*itteris re-*  
*periuntur.*  
*mem. i.*  
*Gen. i.*

De iisdem Ägyptis agens Plato, tanto  
eos Sacerdotes honore persecutos ait, ut à  
reliquo illos populo sécernerent, ceteris ho-  
minum non adäquarent, imo velut aliorum  
caput ac principes suspicerent, vnde scribit:  
Πάροι μη τὸ ιερὸν γένος δοτε τοιούτους καὶ σα-  
φούς επόρους.

Porro Sacerdotibus dati solitus honor &  
reuerentia, euidenter colligi potest è titu-  
lis & nominibus, quibus eos sacra volumi-  
na honorant. Interdum namque Principes  
nuncupantur; de Apostolis namque primis  
Sacerdotibus, iam à multis retro annis ce-  
cinit Vates: *Constitutes eos principes super omnem*  
*terram;* at principes qui cæteris principi-  
bus imperarent, & Regibus ac Monarchis  
leges præscriberent: Sacerdoti quippe & nō  
Regi dictum est: *Ecce constituite super gentes*  
*& regna, ut euellas & dissipes, adficies & plan-*  
*ses.*

In ipso Genesios & mundi exordio, duo  
magna luminaria reperio à Deo condita, v-

iam maius ut praeseret diei; & alterum mi-  
nus, ut nocti. Idem ipse Deus in totius Ec-  
clesiæ bonum & commodum, duo alia fe-  
cit luminaria, duas scilicet supremas digni-  
tates instituit; Pontificiam scilicet & regi-  
am: hæc quidem ut praeseret nocti & tenebris  
rerum temporalium, illa vero ut diei rerum  
coelestium & spiritualium. Sacerdotium i-  
gitur lumen maius est, & regia dignitas mi-  
nus.

Interdum quoque Sacerdotes Angeli ap-  
pellantur. Hoc eis nomen imposuit Malachi-  
as Propheta: *Labia Sacerdotis custodiunt scripturā*  
*et legem requirent ex ore eius, quia Ange-*  
*lius Domini exercituum est.* Atque ideo non-  
nulli Epistolarum D. Pauli interpres, quo-  
rum nomen magni apud me ponderis & mo-  
menti, locum illum, *i. Cor. 11.* ideo debet mulier  
*volamē habere super caput suum propter ange-*  
*los, exponentes, aiunt per Angelos Sacerdo-*  
*tes intelligi debere, ut qui vitæ honestate ac  
morum puritate integritateque angelos de-  
beant imitati.*

Adhæc video illos sœpenumero deos di-  
ci, ut in illo Exodi loco: *Applica illum ad deos, Exod. 22.*  
id est, sacerdotes, & ibidem: *diu non detrahesi-*  
id est, Sacerdotibus, & multo etiam in Psalmis manifestius: *Ego dixi, dij es tu & filii excelsi*  
*omnes, mei similes, & cæteris hominibus su-*  
*periores, suis scilicet Sacerdotes dij quidam Sacerdo-*  
*terrestres, utpote qui reges excommunica-*  
*tione feriant, peccata dimitant, inferorum*  
*ianuam occludant, indulgentias elargian-*  
*tur, dæmones pellant, coeli clauem gestent,*  
*morbidos sanent, mortuos ad vitam reu-*  
*cent, infinita denique patrent miracula; quia*  
*vero illis ad veram desit deitatem, quam*  
*mundos de nouo condere diuino igitur ho-*  
*nore afficiendi sunt, ut dij honorandi, non*  
*vero ut homines. Ance quid amplius dice-*  
*re ausim? eosdem scilicet illos, quo Christus,*  
*honore afficiendos, hoc nempe ipse de*  
*illis testimonium dedit: Qui vos audit, me Matth. 10.*  
*audit; & qui vos spenit, me spenit. Id est, Luc. 10.*  
*Quandoquidem Sacerdotes estis, codem Iohann. 13.*  
*vos honore, quo me ipsum affici desidero,*  
*quicunque igitur Sacerdotem contemnit ac*  
*despicit, Christum contemnit: quicunque vero*  
*eum honorat, tique obedit, filium Dei, qui*

*Psal. 109.* Sacerdos etiam fuit in alterum, secundum ordinem Melchisedech, honorat & colit.

*Serm. 3. de Epiph.* Dignum obseruatu est, quod Chrysostomus & Saluianus Massiliensis, quantum ad leptam Mariæ fororis Aaronis Pontificis notant. Murmurauerant ambo, nescio quam obrem, eamque nullius momenti, aduersus fratrem suum Moysem, quapropter Deum ad iracundiam prouocarunt, qui illam lepra fœdissima percussit, ut illius crimen omnium pateret oculis, & publice apparet. Eiuldem quidem criminis reus erat Aaron, simul tamen in eum noluit plaga animaduertere: cuius rei haud alia reddi potest ratio, quam quod summus Sacerdos esset, quare ne illius ad populum honori quidquam decederet, visibili cum castigatione percutere noluit. Hinc igitur discant omnes Sacerdotum næuos tegere, & omni ratione defectus illorum celare, cum Deus ipse eosdem patenti, & visibili lepra propalare noluerit.

*Decret. Gratian.* Magnus ille Romanorum Imp. Constantinus, is, inquam, qui Niceno interfuit concilio, tanto Sacerdotes honore prosequebatur, ut dicere solitus sit, se, si fortasse Sacerdotem peccantem cernere continget, pallio eum suo cooperetur, ne quis alias peccantem videret. O tempora, o mōres, o facula nimium quantum à prioribus illis discrepantia! Ecce qui olim à Monarchis colebastur, hodie ab omnibus contemnuntur: soli hodie Sacerdotes ludibrii sunt, sannis excipiuntur, soli Monachi conuiitiis proscinduntur, sola peccata Ecclesiasticorum in conuiuis & publicis conuentibus narrantur, & cum plausu excipiuntur.

*Gen. 9.* Nunquam è sacris litteris eradetur ingens illa Chamo inusta infamia, qui à Deo & patre maledictus & anathemate percussus fuit, quod patris verenda detexisse eiusque nuditatem deridisset: *Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Quo edocemur, eos qui paries quidam spirituales sunt, illudunt eorumque peccata detergunt; à Patre celesti gravissima maledictione percuti.

Bacearius S. Augustini equalis, de honore Sacerdotibus deferendo exponit allegorice lugubria illa Davidis verba; quibus Saulis exequias deplorauit: *Nolite annuntiare in Regno Gab, neq; annuntietis in compitis Ascalonii, ne forte latentur, &c.* ne si inter incircumcisos clades illa generosi regis, & totius nobilitatis nuncietur, nobis illudant & subflannent. Huiusmodi milites ac dices acie diuinæ sunt Sacerdotes, quorum tanta nos est perfectio, quin quoniam homines fragiles sunt, interdum delinquant: at non patitur Deus, eorum delicta inter seculares & nō circumcisos, id est, hereticos, divulgiari, ne forte his auditis latentur, Ecclesiae illudant, nosque exsibent:

Egregium hanc in rem exemplum adducam. Redemptor noster cum in Dominica Matthei Palmarum templum Ierosolymitanum ingressus esset, videretque ab omnibus das quæ Sacerdotes in eo peragarent: nundinationes; factæ è funiculis flagello, ipse in eos animaduertere non dubitauit. Mirum fortasse cuiquam videatur Dominum ipsum animaduersionem hanc peragere voluisse, & non potius Angelo cuidam commississe: at responder S. Anacleitus, ideo hoc factum, quod Sacerdotes essent, quorum castigandorum auctoritatem ac ias sibi soli Deus referauit; nullus igitur in hos animaduertere presumat, nisi singulari quodam à Deo precepto & instinctu fuerit impulsus. Itaque hinc facile colligere poteris, Auditores, quanta sit Sacerdotij dignitas, maiestas & excellentia.

Aman ille Persa, superbia inflatus quam Esther, qui maxime & arrogans, viso, se vnum a carnis purpuratis cum Rege Assuero ab Esther regina ad conuiuum invitatum, ita superbius, ut apud suos se iactas diceret: *Regina quoq; Esther, nullum alium vocavit ad conuiuum cum rege prater me, apud quam etiam eram cum rege transurus sum.*

At quanto maior, & quanto felicior Sacerdotissors est, quem Regum Rex Christus adest, adeo exaltat, & ad tantam dignitatem non effus tollit; ut ipsa pontificis summi maiestas quodam & dignitas non sit maior, quam Sacerdotis alicuius communis, illius enim potestas um manuist.

nam cu- nō nisi in mystico Iesu Christi corpore, quod  
nō al- est Ecclesia apparet; huius vero in proprium,  
enī Sa- verum ac reale corpus illius extenditur: illa  
cudotis iurisdictionem possidet, hēc ordinem deno-  
tat. Iurisdictione quidem inaequalis est, at Pa-  
pæ & sacerdotis simplicis idem penitus or-  
do est. Cæterum sacerdos cœli delictum est  
& intimus amicus, quem Ecclesia, quam  
formosa Esther repræsentat, singulis diebus  
ad mensam illam regiam, epulas illas Ange-  
licas, ad Sacramentum scilicet Eucharistiae  
invitat, in quo Regum Rex Christus non  
modo adest, vt simul invitatus & coniuia,  
sed ipse met. cibus est & fæculum: *Caro mea  
vere fæculum.* Cum igitur Sacerdotes cæte-  
ris dignitate antecellant, præceteris etiam  
honor illis & reverentia debet exhiberi.  
*Quid ni: quos ipsi etiam Angeli honorant &  
colunt.*

*Apo. 9:* Ioannes cum in Apocalypsi sua Angelum  
vidisset, pedibus illius adoraturus, aduolui-  
conabatur; at Angelus, cum seiret illius sa-  
cerdotio initiatum esse, impediuit, ne quem  
honorē deferret, dicens: *Vide ne feceris, con-  
seruus omni tuu sum.* Non enim Sacerdotum  
est; honoribus afficere Angelos; sed è contra  
Angelorum, Sacerdotibus honorē deferre.  
Ecce non permitit Angelus, Sacerdotem si-  
bi honorē deferre, & hodie prod dolor! ho-  
nobiles à Sacerdotibus coli & honorari vo-  
lunt.

Ciuium Ierosolymitanorum Spiritus san-  
ctus haud dubie mouebat corda, & excita-  
bat; vt vel asinam cui Christus insidebat;  
colerent, ramos præfissos eius pedibus  
prosternerent, vestes in viis substernerent,  
idque non aliam ob causam, quam quod  
illa totius vniuersitis Dominū ac Regem ve-  
heret. Quanto maiori honore digni sunt Sa-  
cerdotes, quorum sacræ manus, thronus  
sunt Dei; linguae, claves cœli; illorum  
pectora, ineffabilis Sacramenti recondito-  
ria.

*Lib. m. e. 8:* Refert Iosephus in Antiquitatibus; Ale-  
xandrum Macedonem, concepto in vniuer-  
sos Iudeos, quod Dario hosti suo auxilium  
tulissent; odio, in terram Israel, eodem de-  
letetur defensisse; sed tam tristi audito-  
nuntio sumnum Pontificem, cum omni sa-

cerdotum turba, Pontificalibus ornamenti-  
indutum eidem obuiam processisse. Quo vi-  
si Alexandrum equo descendisse, & (Deo il-  
lum commouente intrinsecus) genibus in  
terram prostratis eundem adorasse: suis vero  
ad rei nouitatem obstupecentibus respon-  
dit: *Non hunc adoro, sed Deum, cuius principa-  
lis sacerdotij functus est.* Erubescant hic Chri-  
stiani, & discant sacerdotes quos liber, ratio-  
ne ministerij, quo funguntur, summo esse  
honore afficiendos: idque exemplo Christi,  
qui quamvis perspectum haberet Sacerdo-  
teshos impios & sacrilegos esse, honorem  
tamen exhibet, cum leprosos ad illos, velut  
ad veros lepros iudices mittit: *Ite, ostendite  
vos sacerdotibus.*

Dicitum  
Alexandri  
Magni.  
Videte quem etiam olim Sacerdotibus  
honorem exhiberi voluerit Deus, cum Moy-  
si diceret: *Tolle losue filium Nun, virum in quo Ibid.  
est spiritus Dei, qui stabit coram Eleazarо sacer-  
dote, ad verbum eius egredietur & ingredietur  
ipse, & omnes filii Israel.* Notate hic obedien-  
tiā, reverentiam & honorem, quem olim à  
filii Israël sacerdotio deferri voluit, cum ad  
minimum Sacerdotis autum omnes & egre-  
di & ingredi, id est, omnibus in rebus obedi-  
re, iussiterit.

*Cordata illa Judithi, Sacerdotibus Bethu-  
liensis persuadens, vt populum solaren-  
tur, & ad fortiter agendum incitarent; non  
ex aliis locis argumentum sumptis, quam  
ab honore & reverentia, quam vniuersa illis  
ciuitas deferebat, dicens: *Vos qui estis pre-  
byters in populo Dei, & ex vobis pendet anima  
illorum, ad eloquiam vestrum corda eorum eri-  
gite.* quasi dixisset, populis, ecce, bellis ex-  
haustus, & laboribus fractus, tanto vos ho-  
nore colit, & tanta in animos eius vestra est  
poreftas, vt si verbulo eidem animum addi-  
deritis, omnes velut à sopore & lethargo  
excitati, ad fortiter agendum se accincturi  
sint.*

Plurane in hoc proposito necessaria? ne-  
quaquam, nimis siquidem prolixii fuimus,  
& etiam si verbis non expressissim, è sacris  
tamen literis nimis evidenter eruitur ho-  
nore Sacerdotibus deferendum: *In tota a- Eccl. 7:  
nimata time Deum. & Sacerdotes illius san-  
ctifica.* Duo ecce ad salutem necessaria, ti-  
mere,

mere Deum, & sacerdotes honore afficere; quod & filius Dei hodie exemplo suo manifeste ostendit; decem leprosos ad illos mittens, & eorum respectu alepra sanans. O miraculum inter cæterâ Mæsiæ miracula maximum!

*Ieron. I.* Dilectus Domino Ioannes initio Euangelij de Christo loquens ait: *Eras lux vera, que illuminat omnem hominem: inter cæteras lucis qualitates, & ob quas potissimum Dei filius lucis nomine vocatus est, est quædam, quam omnes ad oculum videmus: prius enim quam lumen & fax, penitus intermotoratur & extinguitur, scintillas maiores effundit, luce splendidiori coruscat & rutilat. Optime hoc in Dei filium quadrat; ipse enim fax fuit, quæ in vita fine & morti proxima maiores radios effudit, magisque clausi comitum quam antea: quamdiu enim inter homines vixit, lumen semper effudit, tum docendo, tum miracula patrando. At dum morti proximus factus est, magis resplenduit, & rutilantius lumen effudit; tunc scilicet lumen illam orationem habuit, quam cœnæ vocamus orationem adeo diuinam & admirabilem, ut præclarissima quæq; ingenia in admirationem trahat: tunc etiam diuinam illam panis & vini in corpus & sanguinem suum Transubstantiationem pergit in augustissimo Vener. Eucharistia Sacramento: tunc etiam Lazarum quadriduo sepultum & putifcentem ad vitam resuscitauit, cuius miraculi splendor & maiestas*

*IESVS Christus morti proximus plurima & maxima patravit miracula.* Scribarum & Phariseorum oculos ita offuscauit, eius ut gesta calumniari, traducere, eumque Messiam negare non dubitauerint. Denique circa vitæ vespere nouum hoc miraculum patravit, quod modo præ manibus habemus; quo decem una medela leprosos mundauit: olim quidem aliquos mundauit, verū eum vitæ facula & lychinus ad finem vergeret & propemodum extingueretur, maiores ei acutatus est flammæ, & ostiduo vel deciduo priusquam mortem oppeteret, decem leprosos sanitati reddidit: quorum nouem beneficij accepti immemores, nullas curatori gratias egerunt; sed solus decimus, medico supplex factus, beneficij collati magnitudinem agnoscebat.

humiles illi gratias egit, eiusq; laudes deprendicauit: *Vnde autem ex illis, videns, quis mundatus est, regissus est cum magna voce magnificant Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens.*

O detestandam ingratitudinem! è decem luculentissimo beneficio donatis, *v. Ingratitudinis tantum beneficij memor fuit. Tanto dñs mporro odio Romani ingratitudinem prolelum quæquebantur, ut seruus libertate donatus, & sum gratiam non agnoscebat, iterum in servitentia abripi potuerit. Leges etiam civiles hæreditatem in filium ingratum deuolutam reuocant & annullant: ipsa quoque animalis ferocissima ingratitudinem detestantur. In Lege etiam Mosaica cautum erat, *Lxx. 1. ne victima Deo in gratiarum actionem obligata aut eiusdem caro in crastinum asterratur: quo docemur, gratiarum actiones nunquam esse in crastinum differendas, sed statim beneficio accepto persolendas.**

Noë Patriarcha, quamprimum ut diluvio finito Arca egressus, & tanto eruptus est discrimine, Arcam Deo erexit, sacrificia obtulit, & victimas in gratiarum actionem, quod sospitem se & incolumem præstiterat, immolauit: *Edificauit autem Noë Altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. Erudire nos volens, ad singula quæ cœlitus accipimus beneficia, Deo gratias agendas, & sacrificia laudis illi sacrificanda. Notandum porro est obtulisse Noachum pecora & volucres, easque mundas, ut ostenderet, in nostris gratiarum actionibus omnium corporis tum animæ facultates concurrere ac quasi contribuere debere, corporis scil. quod pecunium & brutum est, anima vero, quæ volucris instarsursum euolat; & imprimis victimas mundas requiri, id est, gratiarum actiones è corde facero, & ab omni peccato alieno proficiisci oportere.*

In Leuitico etiam olim cautum fuit: *Si Lxx. 1. pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerant panes absq; fermento. Fermentum porro in littoris factis pro peccato & malitia sumi solet: mystice autem denotatur, si quando Deo gra-*

*lxx. 6.* *lib. 1. de  
huc. t. 22.* *legatus  
mali com  
plicatus.* *Matt. 13.* *Ingratus  
lana cō  
paratus.*

tie agendæ sunt, eique cor & intentio in sacrificium offerenda, ipsum ab omni peccati & flagitiis fermento liberum esse debere: qui Iesus autem faxit, fermentatos Deo panes offert, & illæ victimæ immundæ sunt.

Saluator postquam mirabiliter quadam ratione quinque panes multiplicaverat, fragmēta colligi iussit, ne quid periret: *Colligit fragmenta, ne pereant.* Quo erudimur, si quod à Deo beneficium recipimus, ipsum semper ob oculos habeamus, ac nullo non loco & tempore eiusdem recordemur. Hinc bene mihi dixisse viuis est Seneca: *Qui gratae beneficium accipit, primam eius pensionem soluit.*

Ingratus porro & beneficii accepti immemor mari mihi videtur simillimus, quod dulces fluuiorū aquas semper recipit, salugi- nem tamen semper retinet. ita qui beneficio recepero ingratus est, semper malitiam reddit, alteriusq; liberalitatem in sui ipsius extium & ruinam conuertit, Oceanus est, qui salem eiicit, beneficiorum aquas assiduo admittens. Agro etiam euangelico eundem cōparauero, qui postquam bona in sinum frumentum admisiſſet, tempore mēllis zizanis scatuit. Non absimilis etiam est Iuda proditori, qui tot à Christo beneficiis receperis & gratias, tantum absuit, ut gratus existeret, illum vicissim coleret, & gratias haberet, ut etiam nefarie illum prodiderit, inque eius necem conspirarit. Denique nouem hosce leprosos optime imitantur, qui mundationis recepto beneficio, mundatore non agnoscunt, beneficio hilares, in beneficiorum ingrati. Adeo ut Christus admiratus dixerit: *Nonne decem mundati sunt & non emi- ubi sum?*

O ingritudinem intolerabilem! O stu- porem incredibilem! Ceterum duabus in tebus ingritududo consistit. Primo beneficiorum acceptorum obliuiscendo, deinde benefactorem offendendo, & pro beneficio maleficia regerendo, quæ ingritudinis species maxime detestanda est. Atque hæc est ratio, cur veteres ingratum lunæ compararint, quæ cum omne suum à sole lumen mutuerit, eundem tamen offuscare & caligine inuoluere solet. dicere quoque

Imperat quidam solebat, eo se ingratos erga benefactores gerere modo, quo rustici erga platanum patulis quidem frondibus luxuri- antem, & ad umbram parandam idoneam, de quo ait Poeta,

Petrow.

*Nobisq; etiā platanus diffuderat umbras.* *Arb.* Plinius autem Italorum luxum & delicias miratur, quod ex alieno hanc arborem petierint orbe non aliam ob causam, quam ad umbram conciliandam: *Quis non iure, inquit, mixetur arborem umbra gratia tantum, ex alieno petiat arbores?* Hæc igitur arbor postquam solares radios frondibus suis multos annos prohibuerit tandem scinditur, finditur, & diffingitur. Non aliter etiam ingrati- tudo, cuius arbor hæc symbolum, cum benefactoribus agere solet; è decem namque leprosis unus tatum, & Samaritanus quidem, *Tres in S.* qui in benefactorem gratus existat.

Scriptura Porro tres in Euangeliō Samaritanos re- laudantur perio qui laudem mercantur, imprimis il- Samaritanum qui viatorem illum in latrones dela- psum, & saucium, equo imposirum ad di- uersoriū deduxit. Deinde Samaritanam mulierem, quæ ciues suos ad Christi cogni- *Lean. 4.*

tionem adduxit, ac denique hunc nostrum, qui sociis in ingritudine perseuerantibus, Vocatio solus in benefactorem gratus exstitit. Eruo ad salutem hinc etiam solam vocationem ad salutem non sufficiere, parum quoque esse religio- acm ingredi, vota emittere, iisque deuinci- re, nisi ad finem usque perseuereretur. Videas hic decem leprosos, qui accepto sanitatis munere à Christo, ingratos se ostendunt, cumque bene incepissent, in itinere defec- ruant: *Multi quippe sunt vocati; pauci vero ele- gi, & omnes qui monasteria ingrediuntur ut religiosam vitam ducant, cœli palatium non subibunt, at qui ad finem usque perse- uerant.*

Hæc scilicet humana fragilitas est ac miseria, orates ecce leprosi bene incepere: *Multi be- ne incipi- magna enim fide omnes Christum inclama- unt, sed un- fuerant, eiusque præcepto obedieuerant, sed male fini- sanitate recuperata non perseuerarunt. unt.* Nam confessim in ingritudinis peccatum delapsi sunt. Inter ceteras hominis miseri- as & hanc recenset Propheta Job, quod nun- quam

quam in eodem permaneat. Quotnam repe-  
rire est, qui vitam honestam & sanctam in-  
choant, exordia habent religiosa, pia, admir-  
abilia, sed quamprimum deficiunt, & in ca-  
pto opere non perseverant.

Dan. 2.

Statua illa, quam in somnis olim vidit  
Nabuchodonosor, caput habebat aureum,  
pectus argenteum, femora ænea, tibias fer-  
reas, & pedes luceos. Quænam hic varietas &  
gradaria commutatio; in auro exordium est,  
in luto & cœno desinit. fronti Colossi huius  
vitam multorum inconstantium & versati-  
lium inscriptam video, qui cum initio amo-  
re Dei astuissent & ardorem admirabilem  
præ se tulissent, paulatim deriores facti,  
tandem misere in peccati cœnum delapsi  
sunt. Ieremias horum calamitatem deplo-  
rans lachrymans dicebat. *Fili Sion incliti &*  
*amici auro purissimo, quomodo computati sunt in*  
*vasa testea, opus manuum figuli?*

Thren. 4.

Simile.

Bombyces, quamdiu viridibus vicitant  
foliis, adeo teneri & delicatuli sunt, ut ad mi-  
nimum cogli fragorem & tonitru perterrean-  
tar, & cœptum filandi opus interrumpentes  
sapenumero emoriantur: ita & plurimi, vi-  
toribus assueti, id est, deliciis & voluptatib.  
indulgentes, adeo tenelli & molles sunt, ut si  
quando bonum aliquod opus cœperint, pri-  
ma peccandi occasione oblata, & primo ten-  
tationis tonitru ingruente, à cœpro desistat,  
& vitiis suis sepe immoriantur. Hæc scilicet  
humanæ naturæ inconstancia est, & conce-  
nus meæ finis.

Epilogus.

Discite hinc igitur, Auditores, peccatum  
terribilum quoddam lepræ genüs esse, &  
peccatores leprosos, ac decem hosce lepro-  
bos omnium aduersus Dei præcepta delin-  
quentium imaginem gerere. Discite quoque  
legem leprosos à cæterorum hominum con-  
sortio sequestrasse, ut ostenderet fidelibus  
esse improborum qui lepros quidam spiri-  
tales sunt, commercia velut noxia & damna-  
sa, fugienda. Discite quoque eadem opera,  
illos nonnisi sacerdotes audeo sanari po-  
tuisse: quod euidens documentum est, sacer-  
dotes potestatem peccatorum remittendo-  
rum habere, & huiusmodi lepræ iudicium il-  
lis commissum esse, è quo etiam confessio-

auricularis adstrui potest. Discite denique  
sacerdotibus honorem deferre, quos ipse Et  
filius honorandos censuit. Fugite adhæc in-  
gritudinem, nolite imitari nouem illos le-  
prosos, qui post quam à lepra mundati fuere,  
medico vix gratias agere dignati sunt; sed  
imitamini Samaranum hunc, qui cum se  
miraculo se mundatum cerneret, immortales  
mundanti gratias agit, honorem deferr, ado-  
rat. Tu quoque fac similiter.

Est namque rationi consentaneum, sum-  
me animarum medice: qui infinitis tibi no-  
minibus deuineti sumus: tu scilicet toties a-  
nimas nostras à peccati lepra mundasti, à te  
tot beneficia, dona, charismata, munera re-  
cepimus, ut qui eadem nolit agnoscere, in-  
gritudinis sit arguendus. Fac, obsecro, Do-  
mine, nunquam ut nobis error hic impu-  
teretur, ac hocce in anima nostra virtum domi-  
nerur, vitium inquam excrandum, detestā-  
dum, omnium vitiorum maximum, Deo,  
hominibus, ipsi etiam brutis exsū. Nos  
vero, mundi Seruator, miseri illi leprosi su-  
mus, iam inde ab utero matris turpi origina-  
lis peccati lepra infecti, deinde tuto vitæ  
curiculo variorum peccatorum mortaliū  
lepra inquinati; Tu vero spes nostra es, in te  
oculos conicimus, ad te clamamus gemen-  
tes & flentes, *Iesu præceptor miserere nostri.*  
Nostrī igitur commiseratione tangere, ad  
sacerdotes, qui vicarij tui sunt in tribunali  
pœnitentiæ, nos destina, lepram nostram e-  
munda, ut penitus purgari & mundari, in  
locum illum, quem nihil inquinatum subit,  
& in quo vera nostra beatitudo consistit, in-  
gredi mereamur, ad quem nos dedu-

cere Pater & Filius & Spiritus  
Sanctus dingenatur.

A M E N.



D O M I -